

Król Władysław [Jagiello] zwraca się do przedstawicieli wyższego duchowieństwa ze skargą na zakon krzyżacki, który nie zwracając uwagi na to, że po zwycięstwie król zwrócił zdobyte zamki i ziemie oczernia go przed adresatami, przed [anty]papieżem Janem [XXIII] oraz przed królami i książętami, zarzucając przygotowania do kolejnej wojny w sojuszu z niewiernymi. Król wyjaśnia, że dąży do pokoju, a Krzyżacy postępują wbrew decyzjom sędziego polubownego, króla rzymskiego i węgierskiego Zygmunta [Luksemburskiego] i wyznaczonego przez niego subarbitra Benedykta Makraia. Ostatnio zabili też polskich kupców, którzy udali się do Prus, wraz z ich żonami i dziećmi. Król wzywa adresatów, aby nie dawali wiary oskarżeniom Zakonu pod jego adresem.

Kop.: GSPK, XX. HA, OBA, nr 1987, pap., łac., złożona karta, wym. 310 × 220 mm, stan zły, zaplamienia, papier na krawędziach zetlały, na k. 2 prostokątna pieczęć archiwum królewieckiego; na k. 2v nowożytna notatka o treści listu.

Wyd.: CDL, s. 172–174.

Reg.: CEV, nr 560; RHD 1/1, nr 1987.

^aReverendissimi in Christo patres, fautores et amici carissimi! Iam pudetis | nos tociens contra Cruciferos de Prusia paternitatibus vestris querelas replicare attamen, ne | inducetur obnoxe eorum que adversum nos et Regnum vestrum coram paternitatibus vestris ac | regibus et principibus cristianis ubilibet in orbe terrarum confictis adinvencionibus proponere non formidant cogitur eas iterum ac iterum resumere ut innocencie nostre puritas et quam patimur ab ipsis iniuriarum calamitas limpidius valeat intueri non possit nobis imputari si in nostram et Regni nostri defensionem consurgamus, quam legum et canonum sacra indulget auctoritas et persuadet ingenium rationis. Et ecce patres reverendissimi licet post conflictum et graves sediciones, quas cum ipsis Cruciferis inevitabilis necessitas committere nos coegit pacem querentes et persequentes nulla victi gravedine, sed ut pacis Auctori quam nobis pro pingnore dileccionis reliquit singulari pacem inquiens de vobis pacem relinquo vobis possemus complacere perpetua pacis federa contaxissemus tanto litterarum munita et firmata, ut validior via nequiviset firmitatis, que putantes perpetuis temporibus duratura castra, civitates, fortalicia, opida, villas et bona legitimo et iusto bello per nos adepta ipsis restituimus ex integro, ut ex hoc continua inter nos hincinde sedulitas nutritetur et omnes discordie, dissensiones et odia penitus tollerentur. Tamen ipsi Cruciferi huiuscemodi nostrorum obliti beneficiorum ad consuete pertinacie contumelias revertuntur [s]^b et nobis ac regno nostro iniurias prioribus duriores irrogare non formidant, nunc coram sanctissimo in Christo patre domino Johanne papa moderno¹, domino nostro gracioso, nunc coram vestris paternitatibus vestris [s] et universis regibus et principibus christianis famam nostri nominis depravando, nunc aliis iniuriis, quas longo contextu litterarum non possemus explicare nos turbando et que nobis inmensum doloris attulerunt [...]^c] et non minus viscera nostra traiacerunt, quam sibi pena mortis [...]^c]. Asserunt namque ipsi Cruciferi labiis venenosis, que [...]^c] contra ipsorum Ordinem et ceteros fidei domesticos cum paganorum gentibus vellemus conspirare et ipsorum exterminium convalere, que nunquam in cor nostrum novit Deus ascenderunt, quin ymmo ab exordio regeneracionis nostre semper pro affectu Christianam amplectantes omnes fidei domesticos sicut iubemur diligere dileximus et crucis Christi inimicos pro Christi fidelium libertate viribus et sanitati proprie non parcentes et expensis sun multis dispendiis et periculis fuimus prosecuti et actenus prosequi non cessamus. Non gloriamur de hiis nec ea nostris laudibus ascribimus novit Ille, qui omnia non ignorat, sed si res [k. 1v] subiceretur oculis profecto posset comperiri, quis inter nos in fide Christi fructus maiores procuravit. Revera minima sunt que de se protestantur sola eorum multiloquia et verborum pluralitas ipsos wlgo recommendat, sed si ponantur in libra veritatis

vix faville habebunt rationem. Nam quotienscumque solitis nos offendunt iniuriis quamvis resistentes nobis subesset facultas et potestas, semper tamen ipsorum onera sustulimus ut ipsos per sufferencie pacienciam vinceremus sed quanto nos ipsis humiliores offerimus, tanto se nobis reddunt graviores, qui super dissimilari prestolantes ut aliquando mitis nostre conversacionis studiis mollirentur. Ipsi autem eo magis adversum nos infrevescunt quanto magis nos considerant benignos et sic semper operam nostram in ipsis perdimus, tandem serenissimus princeps dominus Sigismundus Romanorum rex semper augustus et Vngarie rex², frater noster carissimus, animadvertens inter nos ex hiis, que gesta sunt mala pro veterni exicio multis nos compulit instanciis, quod in ipsum pro omnibus displicenciis, iniuriis, dampnis, dissensionibus, odiis et offensis tamquam in arbitrum compromisimus et rite devenimus, prout et ipsi Cruciferi compromiserunt. Itaque hincinde ac nobis receptis compromissis, iuris forma servatis, ad actus processit arbitrales ad quosdam debiti execucioni demandavit ad alios autem, quibus arduis negociis suis et sacri Romani imperii occupatus interesse et preesse non potuit, venerabilem magistrum Benedictum de Macra³ utriusque iuris licenciatum et magistrum in artibuset ad huiusmodi causam subarbitrum deputavit, quorum omnibus decretis, sentenciis et pronunciacionibus humiliter paruumus, ipsi autem Cruciferi pertinaciter servare contempserunt et in odium ac despectum nostrum prefatum magistrum Benedictum, quem in subarbitrum receperant et elegerant et in ipsum consenciant iuramento permittentes ^fnunc quoque^f [s] ipsum revocare, cum de iure non poterant, de facto revocarent et haberent occasionem iniquam sentenciis, decretis et processibus suis non parendi. Quibus non contenti novissime mercatores, qui in spem pacis terras ipsorum causa negociandi fuere ingressi, omnibus ipsorum rebus et bonis spoliatis occiderunt non parcentes sexu femineo et etati infantili, sed eo minus uxores ipsorum, que eos sunt secute et infantes earum ad huc ad ubera dependentes in gladio perimerunt et quod flebile est inferre, occisos in loco occisionis corvibus et volatilibus abiecerunt devorandos nec humanam ipsis prestare promiserunt sepulturam, et dum pro eo ab ipsis petivimus [k. 2] reddi nobis saltim iusticie complementum nec habere responsivam ab ipsis proinde meruimus. Pridie autem cum stipendariis suis quorum multitudine contra nos, falsa predicantes suspicia, ad terras ipsorum contraxerant, hostiliter congregati terras nostras invaserunt et in ipsis bona ecclesie Wladislaiensis plurima vastaverunt, greges, armenta, equireas ex eis multas ad castras et civitates abigentes et minentes, quibus continua fuisset data retribucio ulcionis sed ne precipitacioni subiti videremur, manum nostram retraximus volentes virtute paciencie commendari nec aliquid contra ipsos attemptare curabimus nisi inpaciencie ipsorum turbidine violento arceremur. Quapropter paternitates vestras petimus et rogamus, quatenus hoc ipsum prefato domino nostro pape velit deferre et ipsis Cruciferis persuadere, ut nos et Regnum nostrum, quibus consueverunt adversitatibus persequi minime persequantur sed magis pacem, ad quam totis aspiramus conatibus nobiscum committentes, subtrahentes ipsis fidem creditivam, si qua coram paternitatibus vestris de nobis fulminabunt vel fulminare voluerint fame nostre detractivam, quam vana sunt que referint et omni carencia veritate. Datum Syn [s]^g Sando[mir]^h] XIII Septembris anno tredecimo.

Wladislaus Dei gracia rex Polonie Litwanieque | princeps et Rusie supremus heres.

^a *Inicjał wysokości ok. 8 wersów.*

^b *Tak kop. zamiast revertentur.*

^c *Dwa wyrazy nieczytelne.*

^d *Jeden wyraz nieczytelny.*

^e *Jw.*

^f *Tak kop. zapewne zamiast nunquam.*

^g *Tak kop.*

^h *Litery bardzo wyblakłe.*

¹ Jan XXIII (Baldassare Cossa) 1410–1415 (anty)papież obediencji pizańskiej, złożony przez sobór w Konstancji, w 1419 ułaskawiony i mianowany kardynałem przez Marcina V, zm. 22 XII 1419 (*Encyklopedia katolicka*, t. 7, Lublin 1997, kol. 834–835).

² Zygmunt Luksemburski, syn cesarza Karola IV Luksemburskiego i Elżbiety Pomorskiej, elektor brandenburski od 1378, król węgierski od 1387, król niemiecki od 1410, księżę Luksemburga od 1419, król włoski od 1431, cesarz rzymski od 1433, król czeski od 1419, zm. 1437 (J.K. Hoensch, *Kaiser Sigismund. Herrscher an der Schwelle zur Neuzeit (1368–1437)*, München 1996; S. Wefers, *Das politische System Kaiser Sigmunds*, Stuttgart 1989; *Sigismund von Luxemburg. Ein Kaiser in Europa*, hrsg. von M. Pauly und F. Reinert, Mainz 2006; *Kaiser Sigismund (1368–1437). Zur Herrschaftspraxis eines europäischen Monarchen*, hrsg. K. Hruza, A. Kaar, Wien–Köln–Weimar 2012).

³ Benedykt Makrai z Csúcs, student uniwersytetu praskiego 1383–1387, magister sztuk tamże, następnie na uniwersytecie wiedeńskim, paryskim i padewskim, licencjat obojga praw, od 1408 w służbie Zygmunta Luksemburskiego, 1412–1414 wyznaczony przez Zygmunta Luksemburskiego subarbiter w polsko–krzyżackim procesie polubownym, świecki gubernator biskupstwa egerskiego 1420–1421 (W. Sieradzan, *Misja Benedykta Makraia w latach 1412–1413. Z dziejów pokojowych metod rozwiązywania konfliktów międzypaństwowych w Europie Środkowo-Wschodniej w późnym średniowieczu*, Malbork 2009, s. 21–31).